vel subrepititius, tunc talis clausula nil operaretur,
nisi explicite adderetur: non obstante falsitate vel obreptione
si tamen susceptabimini validus, postea vero revocabilis. Tunc talis
clausula habet vim suam.

178. Clausula appellatione remota excludit appellationem à sententia
definitiva tam, quam interlocutoria, licet aliqui etiam ad
interlocutoriam non extendant: praeterea non excludit tamen
frivolam appellationem, quae ipso iure est reiecta, sed etiam legitimam
hoc tamen lege, si res non includat apertam iniustitiam, et rem multum
onerosam et gravantem alios.

179. Clausula non obstantibus habet effectum, ut quod tollat omne quod
dispositioni, in qua est posita obstare potest, notatum si dicitur in privi-
legio non obstantibus privilegiis in contrarium, tunc talis clausula
habet vim contra regulam non insertam expositioni verbis, quae alias sufficienter
illam non debilitat, et complete hoc tollat. Debet clausula sic
poni non obstantibus omnibus et singulis privilegiis, nam ipsa dero-
gationis omnes et singula, sua efficatia etiam enervant, privilegia
verbis eorum: item tale privilegium non derogat privilegiis ad piis
causis vel commiserationis affectu gestis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII66/0656
gefördert durch Baden-Württemberg